



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

6. Beneficiorum vniones pepetuaæ quæ debeant irritæ declarari post examen factum ab Ordinario.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Beneficiorum uniones perpetuae quae debeant irritae declarari post examen factum ab Ordinario.

CAPVT VI.

- 1 Doctores de unione beneficiorum agentes.
- 2 Unionum, & suppressionum reuocatio.
- 3 Ordinarij habent facultatem examinandi uniones factas à 40. annis citrà à publicatione Concilij numerandos, quae non sunt effectuate.
- 4 Non grauat partes ad iustificandas uniones à 40. annis citrà factas, quae non sunt effectuate, sed tantum vult quòd Ordinarius possit illas reuiderere.
- 5 Uniones perpetuae per subreptionem obtentae à 40. annis factae à die publicationis Concilij ab Ordinarijs possunt examinari.
- 6 Visitatores deputati à Commendatarijs Ordinis S. Benedicti Vallisoleti non possunt cognoscere de viribus unionum factarum Ecclesia de Monteferrato.
- 7 Ordinarij possunt reuiderere uniones in casibus, quibus licet de iure communi etiam vltra 40. annos.
- 8 De clausula quòd non possit dari de subreptione.
- 9 Non habet locum in unione quae tempore publicationis Concilij erat in parte effectum sortita.
- 10 Vnio quando dicatur effectum sortita.
- 11 Causa iusta, seu legitima in unione requisita est necessitas, aut vtilitas Ecclesiae.
- 12 Vnio facta per Ordinarium sine causa, vel ex falsa causa, nulla est ipso iure.
- 13 Causae unionis verae non praesumuntur.
- 14 Episcopus confirmatus, quamuis non consecratus, potest beneficia & Ecclesias suae diocesis unire.
- 15 Vicarius generalis Episcopi uniones facere potest si id illi specialiter committatur.
- 16 Capitulum Sede vacante potest unire sicut Episcopus.
- 17 Legatus à latere potest unire beneficia prouincię suę legationis, absque tamen prauidicio Episcopi.
- 18 Abbates, & alij Praelati Episcopo inferiores possunt unire.
- 19 In unione faciendae citari debent omnes, quorum interest.
- 20 Interesse habentes qui sint, ad hoc vt citentur in unione faciendae.
- 21 Ecclesiam subiectam Abbati, aut alij inferiori Praelato non potest Episcopus unire absque illius consensu.
- 22 Ecclesia si sit inuispatronatus in unione de illa faciendae requiritur patroni consensus.
- 23 Rectoris, seu possessoris beneficij consensus non exigitur in unione de eo faciendae ab Episcopo, si illa debet effectum sortiri post Rectoris obitum.
- 24 Dismembratio, seu alienatio partis ipsius beneficij non potest fieri nisi ipso vocato Rectore.
- 25 Plebs non est vocanda in unione faciendae, nisi allegaret causam rationabilem ne fieret unio.
- 26 Consensus Capituli Ecclesię Cathedralis requiritur in unione per Episcopum faciendae.
- 27 Consensus Capituli satis est si post unionem accedat.
- 28 In unione faciendae ab Episcopo ipse Capitulo non sufficit illius consensus.
- 29 Vnio quibus modis probetur.

¶ Vide sess. 14. c. 9. de reformat. infr. sess. 14. de reformat. c. 13. & sess. 25. de re form. c. 9.

V Niones perpetuae^a, & à quadraginta annis citrà factae, examinari ab Ordinarijs, tanquam à Sede Apostolica delegatis, possunt: & quae per subreptionem, vel obreptionem obtentae fuerint, irritae declarantur. Illae verò, quae à dicto tempore citrà concessae nondum in toto, & vel in parte sortitae sunt effectum, & quae deinceps ad cuiusvis instantiam fient, & nisi eas ex legitimis, aut alijs rationabilibus causis, coram loci Ordinario & vocatis, quorum interest, verificandis factas fuisse confiterit, per surreptionem obtentae praesumantur: ac propterea, nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.

1. Vide Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 26. num. 1. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. unio, §. 6. & verb. visitatio, vers. decimum dubium. Azor. institutionum moralium part. 2. lib. 6. cap. 28. quaestio 12. Zypa us in analytica postremi iuris ecclesiastici enarratione, lib. 5. sub tit. de excessibus Praelati, num. 1. Flores de Mena variarum quaest. lib. 3. quaest. 23. num. 50. Sanchez in praecepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 179. Marc. Anton. Genuent. in practica bil. ecclesiast. quaest. 440. Massobr. in praxi habendi concursus. pralud. 13. dub. 4. num. 3. 6. & 14. secundum Romanam impressionem. Monet. de commutat. ultim. voluntatum, cap. 11. num. 389. & 470. Hieron. Roder. in compend. quaestionum Regularium, resolut. 15. num. 32. Tamburinus de iure Abbatum tom. disp. 15. quaest. 3.
2. In regula 13. Cancell. reuocatur omnes uniones, suppressiones, & dismembrationes, siue Apostolica, siue quacumque alia auctoritate factae, quae suum non sint sortitae effectum, praeterquam si sint factae in executionem decretorum S. Concil. Trident. Sed haec reuocatio non se extendit ad uniones factas ex causa necessaria, puta dotationis, vel pro augmento dotis necessario pro

sustentatione cultus diuini, vt tenet Mohedan. decis. 7. num. 1. de priuilegijs. Crescent. decis. 1. num. 1. de paroch. Put. decis. 351. & 357. in antiq. alias decis. 329. io correct. lib. 1. Rot. decis. 1143. lib. 3. p. 2. diuers. Seraphin. decis. 982. num. 1. Caualler. decis. 449. à num. 4. Burrat. decis. 734. num. 9. Lotter. de re benef. lib. 1. quaest. 29. num. 15. Theodof. de Rubcis in singularib. Rota p. 2. verb. unio, §. 1. pag. 112.

^a A quadraginta annis citrà factae. Istos annos à publicatione Concilij numerandos esse, tenent Azor. d. cap. 28. quaest. vlt. Sanchez d. cap. 29. num. 178. Zerol. d. verb. unio, §. 6. vbi decem assentit possessorem duarum parochiarum, quae per consuetudinem à quadraginta annis citrà tanquam vnitae semper sine collatione collatae fuerunt, molestandum non esse.

Hoc decretum quatenus dat Ordinarijs facultatem examinandi uniones factas à 40. annis citrà, quae non sunt effectuate, non grauat partes ad illas iustificandas, sed tantum vult quòd Ordinarius possit illas reuiderere, vt suadet illa dictio aduersatiua, verò, posita in secunda parte, vbi vult illas quae non sunt sortitae effectum, verificandas

- fiendas esse, alias præsumi subreptitias, Rot. in *Burgen. uniois de Clines* 27. Martij 1591. coram Orano, ubi etiam fuit resolutum, hoc decretum loqui ubique Ordinarius ex officio vult reuideri vniones factas à 40. annis citra, quod potest facere; secus quando in contradictorio iudicio agitur de validitate vnionis ad instantiam partis, quia hoc casu Concil. nihil disponit, & danti de subreptione vnionis incumbit onus probandi subreptionem.
5. Vniones perpetuæ per subreptionem obtentæ à 40. annis factæ à die publicationis Concilij Trid. computandis, ab Ordinarijs possunt examinari, & irritæ declarari. Ita refert decism Aldan. in *compendio Canon. resolut. lib. 2. tit. 5. num. 3.*
6. Visitatores deputati à Commendatarijs Ordinis Vallisolerij S. Benedicti, non possunt cognoscere de viribus vnionum factarum Ecclesiæ S. Marie de Monteferrato eiusdem Ordinis, sic in *vna Vicen.* resolutum fuisse asserit Aldan. ubi *suprà.*
7. Per hoc decretum non excluduntur Ordinarij quominus vniones reuideri possint in casibus, quibus licet de iure communi etiam ultra 40. annos, refert decism Aldan. d. tit. 5. num. 4.
8. *Et qua per subreptionem, &c.*] Vbi in vnione adest clausula quod nõ possit dari de subreptione sublata aliter iudicandi; &c. ad instantiam partis, non potest dari de subreptione vnionis, non habita oris apertione, non obstante Concilio, quod loquitur quando Ordinarius ex officio, non autem quando ad instantiam partis procedit. Ita Rot. in d. *Burgen. uniois de Clines* 27. Martij 1591. coram Orano.
9. *Vel in parte scripta sunt effectum.*] Non habet locum in vnione, quæ tempore publicationis Concilij erat in parte effectum sortita, vt censuit Rot. in *Burgen. uniois* 26. Nouembrii 1588. coram Orano.
10. Vno autem dicitur effectum sortita, quando ipsius vigore fuit capta possessio, vt resoluunt Mandos. ad reg. 12. *Canon. quest. 5.* Hoied. de *incomp. benef. par. 2. cap. 3. num. 21.* Nicol. Garc. de *benefic. p. 12. cap. 2. num. 281.* Malsober. d. *pralud. 13. dub. 4. num. 5.* Aloyf. Ricc. d. *resolut. 376. num. 2.* vbi num. 6. tenet vt vno dicitur sortiti effectum, non requiri fructuum perceptionem ex ipsa possessione capta, & citat Rot. in *vna Perusina beneficij* 1. Aprilis 1596. coram Card. Blanchetto.
11. *Si Nisi ex legitimis, &c.*] Ergo causa iusta, seu legitima requiritur in vnione per Ordinarium faciendæ, quæ in hac parte est necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, vt expressè habetur in *cap. exposuisti, de prebend. & in cap. 1. de reb. eccles. non alien. lib. 6. & docent Rebuff. tit. de vnion. num. 38.* Azor. d. p. 2. lib. 6. cap. 28. quest. 4. & 13. Nicol. Garc. de *benefic. p. 12. c. 2. n. 108.* Sanchez d. *tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 161.* Necessitas est quando praberida, cui vno faciendæ est, caret sufficientibus redditibus ad alendum ministerium, d. *cap. exposuisti, ibi, de redditibus prebendarum suarum nequeunt sustentari, & infra sess. 21. de reform. cap. 1. ibi, propter eorum paupertatem.* Seraphin. *decis. 1078. n. 4.* Vel si Ecclesia sit destructa ab hostibus, vel desolata, *cap. 2. de relig. domib. vel propter populi detrimentum, cap. ad audientiam, el. 2. eod. tit.* Vel quando Ecclesiæ sunt vicinæ, & restant pauci de populo, alijs mortuis, vt probatur in *cap. & temporis* 16. quest. 2. Vtilitas autem est, quando propter fructuum tenuitatem non inueniuntur clerici idonei ad deseruiendum, vt probatur in d. *cap. exposuisti, & in cap. 1. ne Sede vacante, ibi, ne plus fauisset persona, quam Ecclesia videretur.*
12. Si verò sine causa, vel ex falsa causa, etiam seruatæ iuris forma, vno facta sit per Ordinarium, nulla est ipso iure, vt per Bursat. *const. 185. num. 23. lib. 2.* Nicol. Garc. d. *cap. 2. num. 113.* vbi num. 117. resoluunt subreptionem vitare ipso iure vnionem Apostol. quicquid dicant prædictam vnionem non esse ipso iure irritam, sed irritandam ope exceptionis, Marian. Socin. Rebuff. Azor. & alij plures, quos refert & sequitur Sanchez *cap. 29. n. 175.*
13. Causa vnionis veræ non præsumuntur, etiam si Ordinarius, vel delegatus eas interat in vnione, & asserat esse veras, sed iurans se vnione tenetur illas probare, vt

- resoluit Garc. d. c. 2. n. 120. vbi num. 121. tenet quod si Ordinarius, vel Legatus in ipsa vnione enuntiet adhibuisse causæ cognitionem, & solemnitate requisitas, & reperisse causas esse veras, videtur standum eius assertioni, & præsumendum esse pro vnione, donec contrarium probetur, etiam si processerit parte non vocata, quia forte tunc nullus aderat, qui deberet vocari, refert Ioan. à Cochier ad reg. 13. *Cancel. num. 27.*
14. *Coram loci Ordinario.*] Episcopum loci Ordinarium confirmatum, quamvis nondum consecratum, posse beneficia & Ecclesias suæ diocesis vnire, tenent Marian. Soc. in *cap. sicut vnire, art. 3. num. 53. & 54. q. 10. de excess. pral. Sanchez d. cap. 29. num. 147. in fin.*
15. De vicario generali Episcopi, si ab eo id illi specialiter committatur, idem tradunt Marian. Socin. in d. *cap. sicut vnire, art. 3. num. 43. cum seqq. Rebuff. in praxi tit. de vnion. benef. nu. 37. & tit. de forma vicariatus, nu. 102.* Anton. Cuchi. lib. 2. in *stit. Canon. tit. 8. num. 106.* Hoied. de *incomp. benef. p. 2. cap. 3. num. 7. vers. non est etiam omittendum.* Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. q. 115. & q. 116. num. 1. Azor. d. *cap. 28. q. 10. vlt. decis. 53. lib. 3.* Petr. de Perusio de *vnion. cap. 4. nu. 32. ex pluribus Rotæ decisionibus Theod. de Rubis in singularib. Rotæ p. 2. verb. Vicarius §. 2. pag. 112.* Nicol. Garc. d. *cap. 2. num. 69.* Aloyf. Ricc. in *praxi rerum fori eccles. decis. 492. in 1. edit. alias resol. 383. ante num. 1. in 2. edit. & Neapol. decis. 198. num. 5. p. 4.* Stephan. Gratian. *Discept. forensis. 278. num. 35.* Sanchez d. c. 29. num. 123. Narbona de *appellat. à vicario ad Episcopum, p. 1. num. 223.* Lotter. d. q. 28. num. 118.
16. De Capitulo Sede vacante idem quod de Episcopo dicendum videtur, dummodò per eam vnionem iurisdictioni Episcopali nihil detrahatur, vt per Doct. in *Clement. 1. de statu monach.* Marian. Socin. in d. c. sicut vnire, art. 3. num. 40. quest. 6. Caccialup. de *vnione eccles. art. 3. num. 19.* Perus. eod. tra. c. 5. num. 26. Rebuff. d. tit. de vnionibus num. 36. Hoied. d. c. 3. num. 7. vers. similiter. Azor. d. lib. 6. c. 28. quest. 5. Sanchez d. c. 29. num. 155. Zerolin. in *praxi Episcop. part. 1. verb. vno §. 11. & part. 2. verb. Capitulum §. 4. & verb. vno §. 7.* Marc. Anton. Genues. in *praxi Archiep. Neapol. c. 85. num. 25.* Quarant. in *firm. Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, quest. 9. vers. quæ conclus.* Nicol. Garc. d. *cap. 2. num. 67. & 68.* Raguc. de *voce Canonico in Capitulo, quest. 16.* Lotter. d. q. 28. num. 140.
17. De Legato à latere idem quoque dicendum circa vnionem beneficiorum prouinciæ suæ legationis, absque tamen præiudicio Episcopi, vt per Abb. in d. *cap. sicut vnire, num. 5.* voi Card. num. 1. Imol. in *fine, Dec. à num. 19.* Rebuff. d. tit. de vnionib. à num. 24. Gambarupt. de officio, & potestate Legati, lib. 5. vbi de potest. Legati in vnionibus, à num. 40. Hoied. d. c. 3. num. 7. vers. alterius Legatus, Azor. d. c. 28. quest. 8. & eadem part. 2. lib. 5. cap. 29. quest. 14. Sanchez d. c. 29. num. 158. Nicol. Garc. d. *cap. 2. num. 65.* Aloyf. Ricc. d. *resol. 383. num. 2. & d. Neapol. decis. 198. num. 2. p. 4.* Vgolin. de officio Episcopi, cap. 5. §. 2. num. 1. Lotter. d. q. 28. num. 116. & 117.
18. De Abbatibus, atque alijs Prælati Episcopo inferioribus ita plene subiectas sibi Ecclesias habentibus, vt iurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur, seu existente privilegio, aut consuetudine legitime præscripta, idem quoque est resoluendum, vt per Marian. Socin. in d. c. sicut vnire, art. 3. num. 41. & 42. Sbroz. de officio vicarij, lib. 2. quest. 115. num. 12. Azor. d. c. 28. quest. 10. Nicol. Garc. d. *cap. 2. num. 71. cum seqq.* Sanchez d. *lib. 29. num. 160.* Aloyf. Ricc. d. *resol. 383. num. 3. & d. Neapol. decis. 198. num. 4. part. 4.* Lotter. d. q. 28. num. 113.
19. *Vocatis, quorum interest.*] In vnione faciendâ citari debere eos omnes, quorum interest, probant *Clem. vnice §. ad hac, de statu Monach.* Rot. *decis. 133. num. 4. part. 2. diuers.* Rebuff. d. tit. de vnionib. num. 43. Hoied. d. c. 3. num. 9. Henriq. *cons. 99. num. 6.* Azor. d. c. 28. quest. 14. Nicol. Garc. d. c. 2. num. 203. Aloyf. Ricc. in *praxi fori eccles. decis. 486. & 491. in 1. edit. alias resol. 377. num. 3. & resol. 382. nu. 1. in 2. edit.* Seraphin. *decis. 1078.* Sanchez d. c. 29. nu. 163. Lotter. d. q. 28. n. 166. cum seqq. Tambur. d. *tom. 3. disp. 15. q. 3.*
20. Illos autem, quorum interest, esse, quibus competet ius conferendi, vel presentandi beneficia vniui peuta, resoluunt Roch. de *iure par. verb. honorificum, quest. 3. circa m. e. d.*

17. p. 4. Sanchi. d. e. 29. num. 165. vbi addit quod si Canonici consentire nolint, & iusta causa vnioms faciendae sub-
 21. Vnde si Ecclesia sit subiecta Abbati, aut alij inferiori
 Prelato, non potest Episcopus eam vnire abique illius
 consensu, vt per Marian. Socin. in d. cap. sicut vnire, art.
 5. quast. 5. num. 62. vbi art. 6. num. 95. concl. 4. recte ait exi-
 gitur quoque consensum Capituli Ecclesie cathedralis, re-
 fert Sanchez d. e. 29. num. 167.
22. Insuper si Ecclesia sit insipatronatus, exigitur con-
 sensus patroni, vt Episcopus eam vnire possit, quippe
 quod prauidicium fit iuri presentandi competenti pat-
 rono per vnionem illam, & ideo vt ea rata sit, exigitur
 vt patronus consentiat, ita per cap. suggestum, de iurepa-
 tron. resoluunt Marian. Socin. in d. cap. sicut vnire, art. 6.
 concl. 6. num. 98. Boer. decif. 345. num. 2. in fine. Lambert.
 de iurepatron. lib. 3. q. 6. art. 2. Bertrand. consil. 72. vol. 4. Co-
 uarr. pract. cap. 36. num. 11. Nauarr. consil. 3. num. 2. de iure
 patron. in antiq. Hoied. d. cap. 3. num. 9. Aloyf. Ricc. in pra-
 xi fori pont. decif. 486. in 1. edit. alia resolut. 377. num. 1. in
 2. edit. vbi num. 5. resoluunt consensum patroni non pra-
 sumi, nec de eo dari assertioni Episcopi, Flamin. Paris.
 de resign. benef. lib. 2. q. 4. num. 11. Campan. in diuersor. iuris
 canon. rubr. 11. c. 13. num. 477. Azor. d. cap. 28. q. 12. & sequitur
 Sanchez d. e. 29. n. 168. & 170. dicēs etiam neutri patrono
 tam seculari, quam Ecclesiastico, posse Episcopum pra-
 iudicium inferre, resoluunt satis esse subsequi consensum
 patroni.
23. Non exigitur tamen consensus Rectoris, siue posses-
 soris beneficij ab Episcopo vniendi; aut, si vacet desen-
 fore illius beneficij, maxime quando vnio debet sortiri
 effectum post Rectoris obitum, vt probat Clem. fin. vers.
 quod si Rector, vbi gloss. verb. vocatus, de rebus Eccles. non
 alien. & ibi Card. quast. 1. num. 7. Anchar. num. 5. Rot. de-
 cif. 133. num. 14. part. 2. diuers. Seraphin. decif. 1078. num. 3.
 Aloyf. Ricc. in d. praxi fori eccles. resolut. 382. Nicol. Garc.
 d. cap. 2. num. 24. & num. 203. Sanchez d. cap. 29. num. 171.
 Ioan. à Cochier ad regul. 13. Cancell. num. 28. Quod si di-
 cas prauidicium generare quia impeditur ne cum alio
 permutari valeat, vel in gratiam alterius illi renuntari,
 respondet Rebuff. ad regul. 21. Cancell. de vnionibus, gloss. 11.
 num. 9. & 10. Hoied. d. cap. 3. num. 9. Azor. d. e. 28. quast. 12. id
 prauidicium non esse considerabile eo quod permuta-
 tio illa, & resignatio pendcant à voluntate Superioris, &
 sint modi extraordinarij comparandi beneficia, quare
 id prauidicium cedere debet vtilitati communi, ob
 quam vnio beneficiorum fit.
24. Dismembrationem verò, seu alienationem partis ip-
 sius beneficij non posse fieri, nisi ipso vocato Rectore,
 resoluunt gloss. verb. vocatus in d. Clem. fin. Petr. Gregor.
 de instir. rei benef. cap. 13. sub num. 11. vers. si verò. Rebuff. in
 compend. alienat. num. 69. Rot. in Mediolanen. Vnionis 19.
 Nouembris 1594. coram Orano.
25. Plebem non esse vocandam, nisi allegaret causam
 rationabilem, ne fieret vnio resoluunt Nicol. Garc. d. cap.
 2. num. 219. vbi num. 220. refert in vna Gerunden. Vnionis
 20. Marij 1600. coram bona mem. Card. Saerato fuisse resolu-
 tum parochianos esse legitimas personas in causa hoc
 respiciente, cum illorum interfit bonum habere pasto-
 rem.
26. Consensus Capituli Ecclesie Cathedralis requiritur
 in vnione per Episcopum faciendae, vt expressè decidi-
 dit in Clem. 2. de rebus Eccles. non alien. resoluunt Rebuff.
 d. gloss. 11. num. 2. Paul. Fusc. de visit. lib. 2. cap. 26. num. 5.
 Petr. de Perus. de vnionibus, cap. 5. num. 17. Hoied. de incomp.
 benef. p. 2. cap. 3. num. 9. vers. tertio requiritur. Seraph. decif.
 1078. num. 1. Azor. d. cap. 28. q. 12. Nicol. Garc. d. cap. 2.
 num. 145. vbi num. 152. & seq. intelligit, nisi consuetudo
 extet in contrarium, Rot. decif. 688. num. 2. p. 1. recent.
 Aloyf. Ricc. in decif. curie Archiep. Neapol. decif. 198. num.
 17. p. 4. Sanchi. d. e. 29. num. 165. vbi addit quod si Canonici
 consentire nolint, & iusta causa vnioms faciendae sub-
 27. cedat. Rebuff. d. gloss. 11. n. 20. & 21. Azor. d. q. 12. in fine.
 Sanchez d. cap. 29. n. 165. Nicol. Garc. d. p. 2. num. 147. cum
 segg. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 278. n. 30. & cap.
 578. n. 32. Rota decif. 294. n. 19. cum segg. p. 5. diuers. Hoied.
 de incomp. benef. part. 2. cap. 3. num. 9. Aloyf. Ricc. decif.
 198. num. 16. part. 4. Hieron. Gabr. consil. 200. lib. 1. Rota
 decif. 133. num. 9. part. 2. diuers. Poterit tamen quilibet, qui
 haberet interesse, dare de nullitate ob defectum con-
 sensus Capituli, cum solemnitas hæc sit introducta fa-
 uore Ecclesie, & sic fauore publico, vt censuit Rot. de-
 cif. 455. num. 5. p. 2. recent. contra eandem Rot. decif. 133. n.
 10. p. 2. diuers. & Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 278.
 num. 30. exultantes de tali defectu non posse opponi
 ab alio, quam ab ipso Capitulo.
28. In vnione vero faciendae ab Episcopo ipsi Capitulo
 non sufficit illius consensus, cum non possit auctorizare
 in facto proprio, sed requiritur auctoritas Papæ, vt re-
 soluunt gloss. verb. mens in d. Clem. 2. quam sequuntur ibi
 Card. num. 3. Abbas num. 6. & alij, quos refert & sequitur
 Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 168. & censuit Rota in Perusina
 beneficij 4. Iulij 1608. eorum bona mem. Penia, vbi quod in
 vnione qua fit ad fauorem Capituli, quam ipsum potest
 auctorizare, requiritur auctoritas Papæ, etiam si non fiat
 vigore decreti infra sess. 21. de reform. cap. 5. Si verò vnio
 fieret alicui dignitati, vel præbendæ, sufficere Capituli
 consensum, & non requiri auctoritatem Papæ, tenuit
 Rota decif. 788. num. 4. p. 1. diuers. quod etiam locum ha-
 bere quando vnio fit omnibus præbendis distinctis non
 simul, sed separatim, & indistincte vnicuique, post multos,
 quos refert, resoluunt Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 100. &
 eiusdem sententia sunt Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 37.
 num. 25. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 274. num. 34.
 in fine. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori eccles. decif. 488. in 1.
 edit. alia resolut. 379. num. 2. in 2. edit.
29. Quibus modis vnio probetur, differunt Rebuff. d. sit.
 de vnionibus, num. 34. Mascard. de probat. conclus. 179. & con-
 clus. 586. & conclus. 1413. Menoch. de praesumpt. lib. 6. pra-
 sumpt. 80. Flores de Mena var. lib. 1. quast. 10. num. 19. Ni-
 col. Garc. d. e. 2. num. 258. cum segg. Et in primis probari ex
 verbis enunciativis plurium instrumentorum antiquo-
 rum, ad minus duorum, in quibus talia beneficia saltem
 virtualiter tanquam vnita enunciantur, modo originem
 haberent à diuersis personis non suspectis, resoluunt
 Put. decif. 240. num. 1. lib. 2. Caputaq. decif. 344. num. 2. p. 3.
 Seraphin. decif. 626. n. 2. in fine. Cavaler. decif. 599. n. 6. Bu-
 rat. decif. 660. num. 2. Rota decif. 724. num. 3. p. 2. recent. & in
 Barcinonen. vicaria 9. Februarij 1625. coram bona mem. Patri-
 archa Manzanedo, & hoc maxime procedere quando en-
 unciatur emanarunt ab ijs, qui poterant vnionem fa-
 cere, Mantica decif. 355. num. 6. & decif. 359. num. 7. Rota
 in d. Barcinonen. vicaria. Probari quoque vnionem in an-
 tiquis ex testibus de publica voce, & fama, tenuit Rota
 decif. 626. num. 4. p. 1. & decif. 724. num. 4. p. 2. recent. dum-
 modo tamen cum fama possessionis de vita probetur
 etiam titulus, vt fuit resolutum in Tyrassonen. vicaria 15.
 Decembris 1617. coram bona mem. Andrea, & in eadem 10.
 Martij 1623. coram R. P. D. Pirouano. Et eandem Rota quan-
 doque censuit quod ad probandam vnionem requiritur
 præscriptio immemorabilis, vt attestatur Theodof. de
 Rubeis in singularib. Rota p. 2. verb. vnio. §. 2. pag. 113. vbi id
 procedere ait, quando vnio allegatur sine titulo, secus
 verò si cum titulo etiam putauit.